



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei  
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

**Ammiani, Sebastiano**

**Venetiis, 1562**

Discretionis incitamenta sunt tria.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30415**

CHRISTIANA  
gñiquitate peregrinationis. Quinto  
ex desiderio supernæ patriæ.

*Discretionis incitamenta  
sunt tria.*

**P**rimum est, nobilitas personæ  
cui seruitur. Psal. Honor regi  
iudicium diligit, scilicet, discre-  
tionis. Et Ambrosius. Prudenter enim  
Deus seruii uult, non nimietate de-  
biles fiant, & postea medicorum sus-  
fragia requirant. Temperandum est,  
ut si fieri potest, ceptum obsequium  
gradatim prouehatur potius quam  
per inconsiderationem minuatur. Se-  
cundum, quia diabolus pugnat con-  
tra nos sapientia, & altutia potius  
quàm uiribus. & ideo nos contra  
sapientia pugnare oportet, non uir-  
ibus, quia uires non sufficiunt resiste-  
re sapientiæ. Vnde Sap. Melior est  
sapientia, quàm uires, uirque prudens  
quàm fortis. Et hoc est, quod in li-  
ge ueteri non offerebatur animal ca-  
cum, & in omni sacrificio ponebatur  
sal. Tertium est, mala quæ ex indis-  
creto feruore proueniunt, quæ Be-  
tus Bernardus ponit dicens. quod  
indiscretionis uitio ieiunia & me-  
lias sic agit ut deficiente spiritu  
languente



guente corpore spiritualia impedian-  
tur; abstulit corpori suo boni operis  
effectum, spiritui affectum; pro Chri-  
sto exemplum, deo honorem, & ser-  
uitium; sacrilegus est, & omnium  
horum in deo reus. talis sacrilegus  
dicitur qui uiolat templum dei, cor-  
pus suum. Idem etiam. Carnem  
debemus restringere, non extingue-  
re. Item. Si quis sine consensu & uo-  
luntate Patris spiritualis, fit singula-  
ris uanę glorię imputabitur, non  
mercedis. Vnde Gregorius. sint ergo  
moderata, & sancta, & simplicia ieiu-  
nia uestra, quę ita corpus attenuent,  
ut animam non eleuent, ne res hu-  
militatis gignat superbiam, & uitia  
de uirtute nascantur.

Bern.

Bern.

Greg.

*Doctrina Christi audienda est  
propter tria.*

**P**rimo, quia uera. Matth. Magi-  
ster scimus quia uerax es, &c.  
Et Christus dicebat. Ego sum  
uia, ueritas, & uita. Secundo quia  
utilis. Io. Verba quę locutus sum uo-  
bis, spiritus, & uita sunt. Tertio, quia  
æterna. Vnde dicebat Saluator. Cę-  
lum & terra transibunt, uerba autem  
mea non præteribunt, &c.

Mat. 22

Ioã. 14.

Ioan. 8.

Luc. 12